

A V R E V S  
TRACTATVS  
PRAEFECTI PRAETORIO  
RELIQVORVMQ. ANTIQVORVM  
M A G I S T R A T U M.

CVM VICEREGE ALIISQ. MAGISTRATIBVS  
nostrit temporis comparationem continens, eorumque potestatem,  
ordinem, & inter se præcellentiam.

OMNIVM PRAETEREA TRIBVNALIVM REGNI NEAPOLIS,  
in Iure dicundo ritum complectens, totumq; ad optimum administrandæ iustitiae  
cultum, Urbisque, & Regni regimen pernecessarium; atq; omnes quæstiones  
in eius supremis Auditorijs agitari solitas, earumque decisiones.

A U C T O R E  
MARCO ANTONIO SVRGENTE  
V. I. D. ac Patricio, & Equite Neapolitano.

E T Q V E

*Adiuncte sunt annotationes V. I. D. Mutij Surgentis auctoris fratri, & Presidentis  
Regie Camere Summarie. Nunc primum in lucem editus, ac Neapolis  
Illustrata nuncupatus indiceque locupletatus.*

Cum Privilegijs Summi Pontificis, Cesarez Majestatis, Catholici Regie  
Hispaniz, Senatori Veneti, & aliorum Principum.



NEAPOLI, Expensis Andreae Pellegrini Bibliopolæ Parthenopei.  
Ex Typographia Tarquinij Longi. MDCCL.

# PHILIPPO REGI

M V T I V S S V R G E N S.



**M**NIVM opifex Deus, Regem hominibus  
prefecit, potentissime Regum PHILIPPE,  
ut visibilem se ijs per illum faceret simul et ve-  
nerandum, ne cuiq; quod liberet licet; quādo  
Regis Maiestatem post Summum Pont. diuina  
maiestatis viuum esse simulacrum, nemo sanè  
megauerit. unde Regi improbos corripere, probos pramijs honesta-  
re, aquè ac Deo, ius est. & quod Deus suapte facit natura ut li-  
bra balance omnia penset, Rex ad vires amulari debet, ne illum  
mentiri videatur, cuius præfert imaginem vicesq; gerit. Contrà  
verò, homines Regi subiecit, ut in Principem cum agnoscerent, ti-  
merent, obedirent, opemq; et re et consilio ferrent, sic Rex quidem  
suam sueretur auctoritatē ope subditorum, subditi verò suas opes  
auctoritate Regis. Quapropter leges subduos Regi inutiles semper  
babuere exosos & exaguarant, utiles autem pramijs prosequuta-  
sunt & honoribus, quo fit ut qui vel ipsi, vel sui, Regi adiumen-  
to aliquādo fuere, iure suo glorientur, inter quos si memet ipse cō-  
numerem, non est qui arrogantia mibi vertere possit. Nam, (ut  
subiectam quod ego sum de tua maiestate meritus, & olim pro te  
crimina exquirendo, & nunc tuū patrimonium procurando; &  
ut vetustissimam maiorum seriem per trāscam, qui publica mu-  
nia proprijs semper commodis proponendo, nil antiquius duxere  
quam Regis subire mandata) sex mibi fuerūt Germani fratres,  
qui singuli ad vitæ usq; dispendium, tuis intēdere seruitijs, in ma-  
gistratibus gerendis, in prouincijs regendis, in legationibus fungē-  
dis, in militaribus copijs ducentis alijsque magis arduis negotijs  
explicandis, mitto ex illis duos in Melite defendēda interemptos;  
mitto patruelē in Cercina insula nuper à barbaris contrucida-  
tum. Quos et si omnes bone de tua maiestate meritos nullus non  
dixerit, M. Antonium tamen natum minorem, magis omnibus pro-  
meritum quisque pradicet. Et enim, praterquam q; quintū lustrū  
iuri civili publicè in hac urbe prælegendo continuè operam dedit,

GENIA LIBERTATIS  
**M. ANTONII SVRGENTIS**

P A T R I T I I

E T E Q V I T I S N E A P O L I T A N I P E R I L L U S T R I S ,  
D E N E A P O L I I L L U S T R A T A .

**L I B E R I .**

**S V M M A R I V M , C A P . I**

- 1 Neapolim Troianos, vel Gracos condidisse, omnes consentiunt.
- 2 Pontificis & Regis interest subditorum nationem seire.
- 3 Neapolitani Regni, usque ad Austricas dominij, mutationes nouem fuere.
- 4 Observatio diurna ob causam mutari potest.
- 5 Subditi dominum imitari assolent.
- 6 Neapolis & Romæ tractatus varij promittuntur.
- 7 Sedilium & Popularis Plateæ, aliorumq; tractationem Serenissimo Hispaniarum Principi pollicetur.
- 8 Antiquiora preferenda sunt.
- 9 L. Fenestella author libelli de magistratibus an idem sit qui ab Vlp. in I. 11. ss. de off. quest. Pli. & Seneca nominatur.
- 10 Consiliarius à latere prius dignitatem adeptus, prius suffragium præstat.
- 11 Consiliarij S. R. C. posteriores dignitate, post eum, cui causa demandata est, sententiam proferunt, cuius diueritatis rationes afferuntur.
- 12 Consuetudo locorum in prærogatiis attendenda est.
- 13 Oratores Equitesq; Sedilium, quid in præcedentijs obseruent, alibi tractandum promittitur.



E T E R E s Historici Cosmographiq; Parthenopé, quā nunc Neapolim appellamus à Troianis, vel Gracos cōditam, auctam, restauratamq; fuisse autumant. Qui priorem sententiam, & neam, qui posteriorem tenuerūt, Herculem, Phalaridem, Rhodianos, Cumianos, Pitacuseos, Diomedem, Athenienses, Calcides fun- datores cōstituant. Historiam ab initio, prout vel res tanti momenti exponscit, pro viribus elucidare intemur, ne pratermissa, in obscuram breuitatem, damnatiq; negligētiām incidemus, malevoli ac amici etiam carperent, & obirectarent.

2 Præterea summo Pontifici, ac Regi hominum & civitatum, nationes p̄dgeniem, & conditores, ad Solares, Lunaresque dignitates, congrue distribuēdas, multaq; ob alii, scire latet necessum esse indicauimus, ut scri-

217  
MVTII SVRGENTIS  
SACRI PALATII EXQVAE-  
STORIS, REGALISQUE PATRIMONII  
CVRATORIS.

*IN M. ANTONII MINORIS GERMANI  
illustre Neapolis primum librum adnotaciones.*

num. 4. Idem est populus, et si nemo ex illis viuat.

**I**NTELLIGENDVM de ciuitate diruta à tyranno vel ab hostibus, alioquin si ex superioris autoritate diruatur, ciues non remanent ne ipsi quidem oriundi. in oī eī pī priuilegia inaneſcunt atque expirant, l. si uſus fructus, ff. quib. mod. uſus fr. amitt. Abb. in cap. 2. extra de noui oper. nūt. sicut et cū locus sacer deſtruitur absq; superioris auctoritate adhuc remanet sacer, l. ade. ff. de cōtrah. empt. ſtudū at qđ ibi existit, ad dominū ne deuoluatur an ad Papā habes ex Iſern. in c. t. d. nē ſi clericus, in addi. nu. u. q̄ ſint regal. ubi eī irrationale animal quādū, et rē inanimatā puniri ait. Porrò varijs excusis pōt ecclesia diruit à S. Pōt. quippe ſerit in loco ſiluoſo, aut alias ubi recepiātur latrones, l. q. a. can. Indices, ſicut eī Ciuitas, ut p. Odofr. de pa. cōſl. ver. in ppetuū ſoli aut Principi cōpeit ciuitates aratro exterminare Innoc. in cap. cū cōiuncto, de noui op. nūc. Cāſt. de imp. q. 110. nu. 139. quē admodū eī iudici, cōtumaciū pradīa do moſq; diruere, l. ſeis. ff. cōm. diu. Boer. decis. 230. Capyc. decis. 130. num. 5. Tōtus componitur orbis, Regis ad exemplum.

Theodoricus Rex ſcribens ad Senatum Rom. apud Cassiod. Var. lib. 3. cap. 12. hac protulit verba. Quale fuerit dominantis arbitrium, talē parit libertatis aſpectum. eī ſubdit. facilius eī quippe ſi dicere fas eī, errare naturam, quam diſimilem ſui Princeps poſſit formare rem publicam. Sed eī Eccles. 10. in princ. qua- lis rector eī Ciuitatis, tales ſunt eī habitantes in ea. eī Regum optimatumque delicta longē lateque diuulgantur. quare Pindar. in 1. Pyth. nam ſi quid, ait, in honesti patraueris, circunferunt un- diq; multorum Rex es. eī Inuen. Sat. 8.

Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe

Crimen habet, quanto qui peccat maior habetur.

Idq; uſq; eī extenditur, ut exemplum ducatur ad necessitatē; quod enim ipſe facit nos facere compellimur, cap. in caſſis. de ſent. eī re iudic. Caffan. latē in Catal. par. 5. confid. 24. num. 208. Si qui dem homines ferē ſemper, inquit Herodian. lib. 1. Principis vita